

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Perfectio f  
cum fonte primo

Plerumque hii quos iam perfectos homines estimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid habent imperfectionis. Sicut sepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus et iam quasi perfecta laudamus que tamen adhuc artifex considerat et limat, laudari iam audit et tamen ea tundere meliorando non desinit.

Gregorius libro IIII. dyalogorum.

Sed quia  
plerumque hii, quos iam  
perfectos homines aestimant,  
adhuc in oculis summi opificis  
aliquid imperfectionis habent – sicut  
saepe imperiti homines necdum perfecte  
sculpta sigilla conspicimus et iam quasi  
perfecta laudamus, quae tamen adhuc  
artifex considerat et limat, laudari iam  
audit et tamen ea tundere meliorando  
non desinit –,  
haec quam praediximus Romula ea,  
quam graeco uocabulo medici paralysin  
uocant, molestia corporis percussa est,  
multique annis in lectulo decubans paene  
omni iacebat membrorum officio  
destituta.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 4, 16, 3 (SC 265, A. de Vogué ed., p.64, ll.20-29).